



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 118. Rex Viterbio Nepitam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. sti debitis Alexandrum complecteretur.
 A. C. 1494. Hac Regis submissione Papa paulisper
 metu liberabatur.

§. CXVIII.

Rex Viterbio Nepitam profectus.

*La Vigne
 loc. cit.*

Ergo Carolus quiete iter suum profectus, ac Viterbium delatus, arcem præsidario milite firmabat; inde post aliquot dierum moram Nepitam profectus, copiis suis quatrduanam ab itinere quietem indulgebat, nimirum a decima quinta Decembris die usque ad decimam nonam ejusdem mensis, quorum dies primus in feriam secundam, alter vero in sextam incidebat. Post hæc vero Arcennum Brygianum, præcipuum Urfinorum familiæ oppidum delatus, emissis Legionibus castrum - novum, civitatem - veterem, aliasque Romanæ ditionis urbes occupat: alias vero copias ductoribus Ligniacensi Comite, & Ivone de Alegrio destinabat, ut Cardinalem S. Petri ad vincula Ostiam reducerent, ac demum sese Columnensibus trans Tiberim jungerent. Nova hæc Caroli molimina Papam anxiiis curis obruebant; insuper pristinum timorem improvisus revocabat eventus; sponte enim quædam Romanæ urbis murorum pars, necnon munitiones arcis S. Angeli corruerunt, per

per quarum ruinas ipse Deus Gallis portam fat amplam aperuisse credebatur; Sæcul. XV. A.C. 1494.
 præterea promiscuæ populi querelæ audiebantur, eoquod commeatum urbi advehere, præfidiarii Ostiæ milites prohiberent; verbo, ad communem feditionem spectare res videbatur, jamque populi sæx turmatim ad Plateas concurrebat, ac factiosis clamoribus petulantius vociferabatur: *Pax! Pax!*

§. CXIX.

Papa ad arcem S. Angeli profugus

Inter tot arcta prehensus Pontifex, nil Burch. l. 2. Volater. l. 3.
 reliquum habebat, quam ut ad verticem arcis S. Angeli celeri fuga sese reciperet, præprimis tamen Regi significari jussit, urbem, quandocunque libuerit ingrederetur. Porro fugientem Papam Johannes Baptista Ursinus atque Olivarius Caraffa Cardinales comitabantur, ceteris quoque potissimam partem quaqua versum fuga dilabentibus; nonnulli tamen Cardinales, qui sua in Regem studia luculentius declarare ambiebant, Caroli Romam ingredientis latera stipabant.

§. CXX.

Galliarum Rex Romam ingressus.

Igitur Rex die trigesima prima Decembris inclinato sole, accensisque facibus Spond. hoc ann. n. 9.
 bus